

*pes plerumque diuiditur in 12. uncias. Collo-  
catis igitur 60. unc: inter 100. & 100. (quæ est  
Summa Numeri subscripti Fastigio Dorico.)  
Immotóque Instrumento reperietur Magnitu-  
do Regulae. Inter 10. & 10. vi. unciarum. Ma-  
gnitudo Simæ xxiv. unciarum. &c. Et sic dein-  
ceps aliarum partium.*

Sola Magnitudo *Capitelli Corinthij* exce-  
dit Longitudinem Lineæ Arithmeticæ, facilis  
tamen nihilominus erit, si eiusdem accipia-  
tur lemisis, vt antehac sæpius factum est.

vi. Esto exornanda *Ianua*, aut *Fenestra*  
ex Legibus Ordinis *Ionici*. Latitudinem *Fene-  
stra* quadripartire, Magnitudinem autem Qua-  
drantis colloca Transuersim inter 80. & 80. cui  
æqualis erit Magnitudo *Zophori* superstantis,  
*Coronæ* autem Magnitudo erit Transuersa in-  
ter 110. & 110.

EPILO-